Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Sopho

deserta fecit vias eorum dum non est qui transeat desolate sunt ciuitates
eorum non remanet vir et nullus habitatore Dixi ecce tamen
timebis me suscipies disciplinam et non peribit tabernaculum eius
propter omnia quecumque instauraui ea Verumtamen diluculo surgentes corrupe
runt omnes cogitationes suas Quapropter expectabit me dicit dominus
in die resurrectionis mee in futurum quia iudicium meum congregare
et colligam regna Et effundam super eos indignationem meam omnem
furorem meum in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra
quia tunc reddam populis labium electum ut inuocent omnes in nomine domini
et seruiant ei humero uno Vltra flumina ethiopie inde supplices mei filii dispersorum meorum deferent munus in
die illa non confunderis super omnibus adinuentionibus tuis quibus preuaricata es in me quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbie
tue et non adicies exaltari amplius in sancto monte meo Et de
relinquam in medio tui populum pauperem et egenum et sperabunt
in nomine domini Reliquie israhel non facient iniquitatem nec loquentur
mendacium et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa quia ipsi
pascentur et accubabunt et non erit qui exterreat Lauda filia
Syon iubila israhel letare et exulta in omni corde filia Jeru
salem Abstulit dominus iudicium tuum iudicauit inimicos tuos rex
israhel dominus in medio tui non timebis malum ultra In die illa
non dicetur Jerusalem noli timere Syon ne dissoluantur manus
tue dominus deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit gau
debit super te in letitia silebit in dilectione tua exultabit
super te in laude Iugas qui a lege recesserunt congregabo
quia ego te eorum ut non ultra habeas super eos opprobrium Ecce ego
interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo et saluabo
claudicantem et ea quia eiecta fuerunt congregabo et ponam eos
in laude et in nomen in omni terra confusionis eorum in tempore illo quo
adducam uos et in tempore quo congregabo uos Dabo enim uos
in nomen et in laudem omnibus populis terre cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris dicit dominus omnipotens
Explicit liber Sophonie prophete Incipit prologus beati Jeronimi
presbiteri in aggeum. Explicit Sophonias incipit prologus in aggeum